

quadam naturali semper transacta postponens futuris inhiat ac novis delectatur et sic preteritorum obliviscitur. Unde quidam nature humane rimator eximius: 'Vita', ait, 'brevis, ars longa, experimentum fallax et idcirco iudicium difficile'. Hac igitur causa non semel nec bis, sed multocius rogatus fui^a a fratribus, ut topologiam loci nostri, id est historiam foundationis^b monasterii Novientensis sive Ebersheimensis. scripto mandarem, quatenus et presentibus satisfacerem et succedentibus manifestarem.

I. Est itaque^c is idem prefatus locus in Germanie finibus inter Renum^d et Vosagum in pago Alsaciense^e, in comitatu videlicet Thronie, et in episcopatu Argentinensi in insula Ille fluminis situs, nemoribus consitus, perspicuis fontibus irriguus, pratis amenus, agrorum fertili cultura circumdatus, vineis non longe adiacentibus letus, piscationibus et venationi commodus ac variis com meatibus utilis et opportunus.

II. Cum enim pagus idem^f Alsatiensis primitus ab exercitu Trebete possessus fuisset et excultus, ipsi cultores fanatici et idolatre fanum culture deorum suorum et in ipso aram Diane et Mercurii construxerunt et ludis zenicis dedicaverunt.

Set^g cum post multa temporum curricula tota Germania^h et idem pagus a Romanis temporibus Iulii Cesaris subacta fuisset, Iuliusⁱ deum terre placare volens, Mercurium videlicet, qui a Teutonicis^k precipue^l colebatur, quoniam deus facundie dicebatur — unde etiam Greca etimologia Mercurius quasi mercatorum kirios vocatur seu Theutates, id est^m Theutonicorum theusⁿ, quia id^o genus hominum^p maxime eloquentie studet —, insulam itaque ingressus ipsum fanum iam vetustate collapsum renovavit ac donariis honoravit nomenque mutans Novientum

a) Fehlt in PS. b) MPS; 'foundationis' fehlt in G, ohne dass in B die Tilgung des bei Martène vorhandenen Wortes angezeigt wird; G würde, falls nicht ein Versehen vorliegt, selbständig geändert haben. c) 'autem' MP; 'igitur' S; mit diesem Absatz beginnt der Auszug bei Mader. d) 'Rhenum' MPS = Mader. e) 'Alsaciensi' M; 'Alsatiensi' PS. f) MP = Mader, fehlt in G; doch ist in B zu dem Texte in M keine Lesart angemerkt; in S nur: 'Qui pagus Als. cum'. g) Hier beginnt die wörtliche Abschrift in B. h) Hier bricht der Text in M ab und beginnt erst wieder mit Kap. III. i) So B; 'Iulius Caesar' PS = Mader. k) 'Deptonicis' B, wo darüber 'Teutonicis' nachgetragen ist; 'Deptonicis' Sch. G; 'Theutonicis' S = Mader; 'a Teutonicis' in P getilgt. l) Fehlt in PS = Mader. m) PS; 'idem' B = Sch. G. n) B = Sch.; 'theos' P; 'deos' S; 'deus' G. o) 'idem' PS. p) 'humanum seu hominum' S; 'hom. genus' P.